

www.e-rara.ch

**Pavli Iovii Novocomensis Episcopi Nvcerini Elogia Virorum literis
illustrium, quotquot vel nostra vel avorum memoria vixere**

Giovio, Paolo

[Basel], M D LXXVII

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-132417>

Balthasar Castellio

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

mentis pontificis famam intemperantissimè lacerasset. Sed Clemens seipso, & toto denique desumpto nomine maior & augustior, reo maiestatis, captoque ad supplicium facile pepercit, præclara C. Cæsaris imitatione, qui Catulliani dentis æternum virus, & liuidam libertatem generosa dissimulatione contempserat. Perijt pestilenti corruptus morbo, quo cladē Urbis fortuna nec innumeris saturata funeribus adcumularat, quum obfesso captoque pontifice, Pompeius ipso diuerso ingenij habitu inimici calamitate lætaretur, & ruentis patriæ casum inani pœnitentia deploraret. Tumulatus est iuxta naumachiam campī Martij Laurentiano in templo: quod olim Lucinæ dicatum fuerat, & Blossius Palladius sodalis, quod funeris honore caruisset, hoc piè inscripto carmine tumulum spectantium oculis ad lachrymas indicauit:

*Comensis Casanoua, dum priores
Et Duces canit, & canit poetas
Præcurtis Epigrammatis: perennem
Ac longam sibi gloriam parauit.*

Latomi.

*Si dare vitam
Qualiacunque
(Quod docuisti)
Carmina possunt:
Longa necesse
Carmina, vates
Maxime, non est
Ad tibi longam
Condere vitam.*

Balthasar Castellio.



IC est ille Balthasar Castellio Mantuæ natus, ingenij laude Maroni cuius planè secundus, qui ad exactam principalis aulæ normam, militari ciuiliq; munere virum elegantem instituit: parique disciplina illustrem scēminam, descriptis lectissimorum morum finibus effingit. quo opere iucundissimo Græcæ, Latinaeque facultatis peramcenos flores decerpisse videtur: vt in vnum volumen nobilioris vitæ præcepta, oblectamenta que honestissimi ocij conferrentur. placere siquidem magnæ Fortunæ viris, vt sæpe literarum expertibus, ipsisque præsertim scēminis magnoperè cupiebat: ob idque maluit vernacula quàm Latina lingua stylum Etrusca molliorem exercuisse: scilicet, vt imperiti ex antiquis arguta manu surrepta, translataque scitissimè, non agnoscences, ea omnia tanquam noua mirarentur. Scripsit & Latinas Elegias, & grandi Heroico Cleopatram, sed paucis admodum Etruscis rythmis, quum amatorij doloris finem superba comparatione desperaret, nobilis poetæ famā tulisse iudicatur. In sago autem togaq; pariter habili ingenio, & generoso quidem ore, pacis belliq;

muneribus iuterfuit, obiuitque subitarias legationes ad Reges, atque Pontifices, quum momenta grauissimarum rerum, non modò præstantis animi fidem, sed expediti corporis diligentiam, celeritatemque requirerent. Nouissimè annis prouectum, sed medicamentis occultata canitie, et multis cultus munditijs, iuuentæ decus affectantem, quum eruditæ artes in eo vigerent, Clemens ad Carolum Quintum in Hispaniam misit: ei, non dubio honore purpuræ destinato, nisi Fortuna Romanæ vrbi immane excidium struens, vtriusque vota fefellisset. Corruit enim mox Roma, Cæsarianorum ducum simulatis inducijs prodita: viderique potuit Castellio in eare non satis diligentem, aut certè parum felicem operam præstitisse, quum delatum sibi in ea lugubri clade episcopatum Abulensem, munere Cæsaris accepisset. Verum ea dignitate diu perfrui, vel vberiore expectare non licuit. Sublatus est enim occulta febre, quum vix quinquagesimum sextum attigisset annum, ad Mantuam in Carpentanis. Funerem ius aulæ procures officium præstitere: nec eum chiromantes ariolus fefellit, qui ex dextræ volæ lineis, eum dignitate auctum Mantuæ, sed nequaquam in Hispania moriturum prædixerat.

Iani Vitalis.

*Castalioneum ad tumulum dum Hispania tota
Conuenit, & sancto iusta parat cineri:
Scipiadum Manes referunt dixisse, secundum
Hic docta amisit Mantua Virgilium.*

Marci Antonij Flaminij.

*Si truculenta ferox irrumpis in agmina, Marte
Diceris inuictæ Castalione satus,
At molli cithara si condis amabile carmen,
Castalia natus diceris esse Dea.*

Eiusdem.

*Horrida terribilis cum tractas arma, Maronis
Castalione tui carmine digna facis:
Idem cum molli v acuus requiescis in umbra
Castaliæ, ater no digna Marone canis:*

Latomi.

*Qui iacet hoc tumulo, magnorum munia Diuum
Immo bis impleuit, sustinuitque triumphum.
Mars dextra, calamo Phæbus, Cyllenius arte,
Ore Charis, Pallas mente, lepore Venus.
Sed quas exercuit hoc scilicet ordine doteis,
Semper vt in letam desineret Venerem:
Quæ quum sit Phæbi: nec vt olim, Martis amica,
Vel regat hic mundum, vel magis ipsa Venus.*

ANDREAS